

Heinrich Rahn

Henricus Rahne, I. U. D. Prof. & h. t. Rector Acad. Rostochiensis, nec non Collegii Iuridici hoc actu Decanus, suo & Dominorum Collegarum nomine, ad Disputationem Inauguralem, Quam Dn. Augustus Meier, Saxo, De Austregis, Habebit ad diem XVII. huius Mensis Septemb. ... diligentia invitat

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747341397>

Druck Freier  Zugang





N. K. — 2 (91.)

1. Schütz de possessione.
2. Schütz de usu fructu.
3. Schütz de obligationibus.
4. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
5. Pahn de praesagio rerum publicarum.
6. Pahn an licet Christiano ethnico jure uti.
7. Pahn de deorsu in contractibus minorum.
8. Pahn de concursu actionum.
9. Stypmann de concursu actionum ejusque effectu.
10. Pahn de concursu et prioritare creditorum.
11. Stephani de concursu creditorum eorumque privilegiis.
12. Pahn de processu judiciario.
13. Pahn de auftraegis.
14. Pahn de nobilitate.
15. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
16. Pahn de jure emphyteutico.
17. Pahn de injuriis et famosis libellis.
18. Embere de beneficio competentiae.
19. Embere de necessaria defensione.
20. Redeker de gratia.
21. Redeker de homagio.
22. Redeker de cunspiriis publicis.
23. Redeker de morte.
24. Redeker de neutralitate.
25. Redeker de liquidatione.
26. Redeker de errore calculi.
27. Redeker an. suspensus de tali crimine ex quo poena infamiae aut alia corporis afflictiva irrogari possit, ad juramentum praestandum sit compellendus.
28. Redeker de confessionibus.
29. Laurenberg de liberarum civitatum v. R. I. eminentia, jure et privilegiis.
30. Laurenberg de interdicto Salviano.
31. Woldenberg de vestigalibus publicis et amissionis.
32. Woldenberg de aetate canonica et qualitate et ordine praeficiendorum.
33. Woldenberg an consensus parentum in nuptias liberorum de jure divino, naturali, gentium civili et canonico de necessitate an honestate requirendus.
34. Woldenberg de majuma.
35. Woldenberg de novo anno seu oblatione votorum.

36. Woldenberg idea seu delineatio juris publici in imperio Rom. Germ.
37. Woldenberg de favore episcopi quod publice interest.
38. Rahne de successione conjugum.
39. Radov. an factum senis procuratoris et coloni aliorumve alterius nomine possidentium, atque possessionem negligentius vel dolose prodebatum domino verove possessori nocent?
40. Volochow de quaestione in Tortura reorum.
41. Hegenwaldt de tributis extraordinariis.
42. Schütz de investitura.
43. Strögh de jure testandi inter liberos.
44. Strögh de pactis successoriae, eorumque iustitia.
45. Plinius de jure necessariae defensionis. Vespugner.
46. Ziegler de eo quod iustum est circa mortuos.
47. Sibrand de valore juramenti actui adpositi.
48. Sibrand de intercessione mulieris pro marito.
49. Redeker de tortura prohibenda.
50. Redeker de quaestionibus seu tortura reorum.
51. Leifer de aquae pluviae arcendae actione.
52. Leifer de responsis prudentium.
53. Novius de fictione.
54. Radov. de archivis.
55. Pomerech de auctoritate juris.
56. Beckmann de obligationum confusione et resuscitatione.
57. Beckmann quis de non appellando et differentia juris de non evocando.
58. Schleenstein de affinitate.
59. Reichel de beneficio probandi secundae instantiae.
60. Rümelin de donatione remuneratoria et obligatione antidotali.
61. Gabe de iuribus et privilegiis miserabilium personarum.
62. Romaner de corpore delicti in criminibus facti permanentis portioibus, ad effectum condemnationis considerato.
63. Chuno ad L. S. C. ad L. Jul. majest.
64. Mylour de morgengaba Zittaviensi.
65. Heier de primo cautionis gradu.
66. Rahne de incorporatione.
67. Redeker de actu judiciali extremo seu executione.
68. Redeker de quaestoribus.
69. Woldenberg de abactu sive abigatu.
70. Lambert de miscellaneis juris controversiis et assertionibus.
71. Wedderkopff de irrohulatione actorum.
72. Aichel Hafer juris controversi.

HENRICUS RAHNE,

J. U. D. Prof. & h. t.

Rektor Acad. Rostochiensis,

nec non

Collegii Juridici in hoc actu

DECANUS,

suo & Dominorum Collegiarum
nomine,

ad

Disputationem Inauguralem,

Quam

DN. AUGUSTUS MEJER,

SAXO,

DE

AUSTREGIS.

Habebit ad diem XVII. hujus Mensis
Septemb.

Omnes omnium Ordinum Cives Aca-
demicos & Literatos eâ, qua par est,
diligentia invitatur.

☉:O(:☉

ROSTOCHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

Sunt, qui, sicut Tiranes cœlo, ita legibus Romanis, seu Juri civili bellum inferunt. Sunt quoq; , qui titulis atq; nominibus Doctorum dicam scribunt. Illis a. hac vice in medio relictis, ad hos nos convertamus, qui quidem jus commune non improbant profus, at titulos & dignitatis gradus alto supercilio aspernâ- tur, eosq; arbitrantur hominem politicum & ge- nere nobilem planè dedecere. Cum tamen à sum. o Magistratu gravissimo cōsilio instituti sint & intro- ducti in Académias, ut exarent publica doctrinæ te- stimonia & notæ, quibus qui ornarentur, æstimarê- tur idonei ad rem publicam gubernandam, & alii ad amplectenda liberalia studia invitarentur. Ea enim vis est honoris & solidæ gloriæ, ut qui ejus desiderio tanguuntur, improbi esse non possint. Nam cum ve- rus honor à virtute proficiscatur, ejusq; , ut sapientes sentiunt omnes, præmium sit, profectò qui hono- rem experunt, virtutem quoq; ament necesse est: siquidem omnes intelligunt, teste Cicerone, quarum laudum gloriam adamarint, quibus artibus cæ lau- des comparantur, in iis esse elaborandum. Hinc di- ci solet: Honos alit artes, omnesq; incendimur ad studia honesta cupiditate gloriæ: & jacent ea sem- per quæ aut negliguntur, aut improbantur. Etenim quis, ait *Satyrius*,

*Virtutem amplectitur ipsam
Præmia si tollas?*

E. diver-

E diverso autem felix & beata est Resp. in qua officio suo rectè fungentibus honores debiti tribuuntur. Et ridiculum sanè est rem ipsam quidem affectare, atq; studio complecti, testimonia verò respuere atq; averfari: quod præcipuè in his dignitatibus, quæ ob juris peritiam conferuntur, minus ferendum erit; cum olim apud Romanos non nisi nobilissimi quique jura sint professi, quemadmodum docet *Pomponius* [Ctus: & *M Tull.* ab hoc Servium Sulpitium commendat, quod genere nobilis, quod Patricius Rom. & quod juris civilis esset peritissimus. Imitari ergo potius debemus Romanos, quàm quod velimus ea, quæ diu æqua ac salutaria visa fuerunt, vel mutare, vel susq; deq; habere, contra prudentissimi *Ulpiani* effatum, & quæ usu recepta sunt, ac approbata stultâ opinione abrogare. Magnâ enim consuetudinis vis est, quæ mores, quibus sumus assuefacti, sine detrimento publico labefactari vix finit. Quare titulos & honores Academicos vel hoc nomine, quod consuetudini mos gerendus sit, conservari oportet. Id quod exemplo suo germanorum, ut intra fines patriæ consistamus, comprobarunt quam plurimi & genere & ingenio nobilissimi, qui non tantum non dubitarunt gradibus literariis natalium splendorem illustrari munerisq; claritatem augeri; sed etiam ipsi ad ejusmodi infulas ac apices honorum aspirarunt. Principem autem hîc meritò locum obtinet Burghardus de Mangefeld, qui primus omnium in Germania Decretalium, ut appellant, insi-

insignibus est ornatus. At quis ille? Ottonis II. Imp.
Confiliarius, qui Saxonum veterum jura declara-
tionibus suis primitus explanavit, & cum Cæsareo
Pontificioq; jure comparavit. Iisdem, si non ampli-
oribus, dignum est elogiis magnum illud Germaniæ
decus Lupoldus de Bebenburg, nobilis Francus,
Princeps & Episcopus Bambergensis, quem primum
inter Germanos J. U. Doctorem creatum annales
referunt. Neq; silètio involvendum est seculi sui lu-
men Arnoldus de Westphal, Decretalium Doctor,
& Civilis Juris Licentiatus, nobilissimæ atq; apud
Westphalos notissimæ profapiæ, quem eruditionis
gloria ad Episcopalem Eccles. Lubecensis dignitatem
evexit. Plures possemus ad ducere in dignitate vel
politica, vel Ecclesiastica cõstitutos, qui nõ erubue-
runt autoritatẽ claritatemq; suam augere insignibus
Academicis. Verùm temporis & instituti ratio eos
enarrare omnes & singulos non permittit. Unicum
tamen, cum insigne maximè sit, adjicere placet.
Johannes ejus nominis VII. Episcopus ante dictæ
Cathedralis Ecclesiæ Lubecensis, cum sciret Colle-
gia illa Clericorum & Canonicorum à Majoribus in-
stituta esse, ut sint cœtus non otiosorum, sed docen-
tium & discèrium, non inutilium terræ ponderum,
sed cõmodo publico inservientium, in numero Do-
ctorum se collocari curavit. Neque eo suæ dignitati
quicquam detrahi, aut eam minùs decere existima-
vit. Quis igitur vitio vertet Candidato nostro, Viro
Reverendo & Claris. Dn. AUGUSTO MEJERO,
Eccle-

Ecclesiæ, quam jam bis nominavimus, cathedralis
Canonico, & regiminis Episcopalis Consiliario di-
gnissimo, quod Antecessores in gubernatione eccle-
siastica, cui est à consiliis, imitari, quod collegio, cu-
jus est membrum, ornamentum addere, quod per-
sonam, quam sustinet, novis insignibus ornare fata-
gat, memor moniti JOANNIS PETRI FERRARIENSIS,
qui nemini ferè, nisi Clerico, suadere audet, ut in Jure
ad Doctoris gradum ascendat. Verùm paulò altius
repetere Candidati nostri vitam præsens occasio po-
stulat. Ab ineunte ætate mentē appulit ad pietatem
honestatē & artes liberales. Postquam firma jecerat
fundamenta sub privatâ & publicâ institutione, ac-
cessit ad academiam Regiomontanam; ubi & seduli-
tate atq; modestia sua omnibus bonis & eruditis sese
amabilem reddidit. Intra quadriennium, quod ibi
subsistit, aliquoties de materiis arduis, inter quas fuit
universa Politica cuius Reip. accommodanda, dispu-
tavit publicè, & semel in conspectu Sereniss. Electo-
ris Brandenburgici, & aliorum Illustrissimorum, no-
bilissimorumque Virorum cœtu, actum oratorium
unà cum aliis juvenibus egregiis, direttore, Oratore
celeberrimo, Tylone, exercuit, ut alia privata ejus
exercitia taceamus. Regiomonte profectus est in
Poloniam ad Varsoviensia Regni Comitæ & hinc
se recepit ad civitatē & Academiam famosissimam
Cracoviensem in minori Polonia sitam, ibique
aliquot subsistit menses. Reversus post Regiomon-
tem, abitum paravit & meditari cæpit iter ad nos
Rosto-

Rostochium. Quanta eum gratia, laude & commendatione
Regiomontani ipsam dimiserint, testatur, quod scriptum ejus
rei habet, testimoniū. Ad nos venit anno supra millesimum,
sexcentisimum quadagesimo, & biennium ferme nobiscum,
uti hominē frugi & sectatorē bonarum disciplinarum decet,
transegit. Studium juris, cui sese dudum dederat, sedulo
urfit, informatore imprimis usus est Viro Nobilissimo &
Consultissimo Dn. NICOLAO Schöken/ J. U. D. tūm
temporis Professoris Codicis in hac Academia meritissimo,
jam verò Capituli Lubecensis Syndico celeberrimo, ami-
co nostro summopere colendo. Hujus enim ab ore uni-
versi Juris Justiniani explicationem excepit. Quanto
autem magis ea de re laboravit, tantò majori cum fructu in-
terfuit Collegio practico DN. HENRICI SCHUCK-
MANNI, J. Cei, & Antecessoris gravissimi, Viri nunquam
non, etiam post mortem, ob antiquam, quam enixè colebat,
virtutem & fidem, in laude positi. Super sedemus recen-
sere quanta & quot cum publicè tūm privatim eruditionis
& integritatis specimina hic & alibi ediderit, & quam re-
ctam semper vitæ rationem iniverit. Cum verò didicisset
peregrinationem veram prodesse ad rerum usum & pruden-
tiam, abiit ad Belgas & Batavos, ac lustratis omnibus eo-
rum Academiis & Civitatibus nobilioribus per Angliam in
Galliam se recepit & regnum illud ab una parte usque ad fi-
nes Italiae, ab altera ad Pyrenæos usq; montes & ora Hispani-
cas, peragravit, atq; cum Ulysse multorum mores & urbes
vidit: nec vidit saltim, quia vagari, lustrare, discurrere,
quivis potest, sed quod verè peregrinantis est, indagavit,
addidit, notavit, cumq; satis cum exteris conversatus es-
set, per Helvetiam in Germaniam remeavit. Visit plerasq;
communis nostræ patriæ Academijs, atque præclarissi-
morum virorum conversatione & familiaritate usus est,
Spiram denique Nemetum concessit, Civitatem

Qualem

*Qualem Rhenus lambit, Germania summum
In qua, laudato more, Tribunal habet.*

& ibidem aliquantisper moratus est, ut ordinem Imperialis, seu Cameralis iudicii eò melius cognosceret. Tandem ex itinere, laudibus onustus & ornatus, Lubecam rediit,

Laudatus nomen tribuit cui terminus urbem.

& ibidem spartam, cui ipsum Parentes optimi pridem devoverant, suscepit, atq; sedem ac domicilium fixit. Nuper ad nos reversus est, & petiit sibi conferri in utroque iure titulum, honores, & privilegia Doctoris. Nos honestæ ejus petitioni deesse nec volumus, nec potuimus. Vitæ enim laudabiliter actæ, & cum virtute traductæ honor præmiæ est & merces. Quam quidem ante quindecim annos, cum hinc migraret, potuisset adipisci, si ambiisset: at ob causas domi cognitæ, & quod cum primis tum nondum de capiendis præmiis, sed acquirendis scientiæ & prudentiæ bonis fuerit sollicitus, noluit ad alta festinare: quia lento gradu ad dignitatis culmina penetrare uti decorum est, ita & utile atque laudabile. Si quis velit, nostrum MEJERUM sat honoris, sat famæ possidere, nec indigere pluribus, is sciat gloriæ desiderium, quod in magnanimo reperitur, & eximiam indolem stimulat, subinde augeri, & optima quæque expetere donec ad ea perveniat, quæ sibi & Reipubl. conducere, neque supremo numini adversari sentit. Verùm ne longius, quam par est, evagemur. Candidatus nosster in privato & pro more instituto examine stationem suam adeò defendit & sustinuit, ut dignus iudicatus sit, qui ad Summum Juris Utriusque fastigium eveheretur. At publice quoque ante probandus est & explorandus, quam coronari possit. Etenim,


*Certandum est; nulli veniunt sine Marte triumphi,
Et, nisi certanti, nulla corona datur.*


Ad hanc


Ad hanc pugnam ritè, & non verberibus, sed verbis, non ho-
stilibus armis, sed amica colloctione peragendam præbet
ipse ansam & materiam dimicaturis & in arenam scholasti-
eam unà descensuris **DISPUTATIONEM**, quàm de
AUSTREGIS, seu Instantiis Privilegiatis, affabrè con-
cinnatam, ad examen artis exigendam Die **XVII.** hujus
SEPTEMB. publicè exhibebit, atq; defendet. Agite ergo
Dni Professores, Doctores, Licentiati, Verbi Divini Præco-
nes, Magistri, Studiosi, sanguine, virtute, literisq; præstantes
& in univèrsam omnes Cives Academici; convenite, & ani-
mis, linguis, auribusq; Disputanti favete. Explorete ejus, in
jure quos fecit, profectus. Certantem vestra benevolètia &
humanitate sublevate, erigite, cõfirmate. Magnum, enim no-
stis, præfidium & levamen esse pugnantibus Spectatorum Au-
ditorumvè gratiã, ac adversariorũ propensam voluntatem.
Quã si complexi fueritis Dominum **MEJERUM**, nobisq;
rogantibus morem gesseritis, & nos & ipsum vobis vehe-
menter devinciatis, certò persuasi, quod vestrum stu-
dium & officium, apud gratos atque memo-
res sitis posituri.


P. P. Sub Sigillo Facultatis nostræ,
ROSTOCHI VI. SEPTEMB,
ANNO clc lcc LVII.











burgensi Land-Recht lib. 2. art. 60. Jur. Lub. l. 2. traditur, si commodatarius rem sibi traditam alienet, Dominum Commodantem nullam actionem, cui alienatio facta est sed oportere eum commodatarium, da jemand seinen Glauben gelassen suchen / & ut in Jure Lubecensi dicitur Hand in Lib. 3. art. 2. 1. 2. ibique Mey. ubi ratio statuti.

III. Jure Civili cuivis majorenni sanæ mentis rerum administratio & alienatio permittitur l. 1. sicut C. de Obl. & Act. l. in re mandata C. man. sua non abutatur §. sed & major Inst. de his q. tem Saxonico illa potestas est restricta, quia bonorum quæ sita Stammgüter dicta, nemo sine coheredum alienare potest Land-Recht lib. 1. art.

IV. Jure Civili maritus à cura uxoris sua dare tut. & §. pen. Inst. de excus. tut. Ratio ab ipso gestum, propter affectionem remittat, & talibus periclitetur uxor l. maritus. C. qui da Saxon. Land-Recht lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. maritus sit legitimus uxoris suæ tutor Ehevogt lebratis nuptiis uxor in potestatem & tutelam ma

V. Majorennis quis de Jure Civili fit, & ætatis compleverit t. 1. ff. de minor. vel veniam l. 2. C. de his qui ven. et. Jure autem Saxonico tur Anno æt. 21. Land-Recht lib. 1. art. 42. & hinc eodem jure terminus restitutionis brevior Civili.

VI. Jure Civili licet Debitor ob æris modo non sit, tamen ideo à Creditoribus suis in detineri, & ad operas jure servitutis præstandas. as. juncta Auth. seq. C. de Oblig. & Act. & ibi de Jure Saxon. veteri Land-Recht lib. 3. art. 3 Lubec. Lib. 1. r. 3. art. 1. ibique Mey. n. 14. à j. vitia debitor adjudicandus est, quæ etiam adj. tantum locum habet, non autem in dignitate co. Exec. p. 1, 6, 6. n. 129.

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE203 Serial No. 091